UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Scientia Salvtis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam Spiritualis Vitæ Materiam complectens

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

12. Dies 7. infra Octav: Epiph. Vita spiritualiis teneat locum primum, naturalis secundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59837

Visual Library

Dei viriles, partim divinas, partim humanas, ut fuerunt miracula, inſtitutio Sacramentorum, & ſimilia, quæ faciebat ut homo, ſed gubernatus à divinitate, cui unitus erat: quæ lingua majeſtatem actionum ejus eloquetur?

*Conſ.* 3. Operationes Chriſti D. tertij generis humanas, ut erat loqui, ambulare, comedere, dormire, quæ præciſè ut humanæ explicarentur facile: verùm ſi aſpiciantur ut factæ à Chriſto D. ductu ſpiritûs, internæ prudentiæ, charitatis in Deum, dilectionis in proximum, reliquiſque virtutibus exornatæ, non eſt homo, qui eas eloquatur: quia ſingula Chriſti acta fiebant ſpiritu tam ſublimi, in virtutis gradu tam heroico, per omnes circumſtantias tam exquiſite perfecta, ut nullus omnino ſufficienter ea intelligat, verèque dixerit Simon de Caſſia l. 4. c. 1. *Tota Deifica erat vita ejus.* Decernam omnia mea acta operibus tam virtuoſis Chriſti ſemper unire, ipſe pretium eorum intelligit.

## MEDITATIO XII.

## Dies 7. infra Oct. Epiph.

*Vita ſpiritualis teneat locum primum, naturalis ſecundum.*

Aſpiciam tres Reges relictâ vitâ naturali, quaſi viâ præterita, ſupernaturali tantùm, cæleſtique intentos. Petam eos imitari.

*Conſ.*

*Conſ.* 1. Sicut qui naturæ ex Adamo lap
ſuggeſtiones ſequitur, in pejus ſemper ve
juxta illud Eccl. 7. *Quid nequius, quam q
excogitavit caro, & ſanguis?* Sic qui gratiæ
ſtinctibus fertur, it ſemper in melius, eſt
difficultate quavis major, ut ait D. Aug
4. de verb. Dom. *Non ſunt filij DEI, qui
aguntur ſpiritu DEI: ſi autem ſpiritu DE
guntur, pugnant*

*Conſ.* 2. Cùm naturæ ex Adamo corru
inſtinctus ſit malum: bonum verò ſit inſ
ctus gratiæ: uti ſummo in odio habend
eſt id, quo nihil eſt nequius, nimirum ca
& ſanguine, & quæ ipſi excogitant, ſic ſum
amore proſequenda eſt gratia, Deique in
ratio, deſideranda, atque in ea gaudend
ex toto.

*Conſ.* 3. Quonam ego ferar impetu, an
mis, an ſpiritûs? id quod intelligã ex actio
bus meis, & regulis diſcretionis S. P. Igna

## Meditatio XIII.

## Dies 8. Epiph. Domini.

*Noſtrâ culpâ à fine aberramus.*

ASpiciam Dominum vocantem, me
nuentem. Petam abire à me.

*Conſ.* 1. Dominum cauſâ mei in parv
lum infantem mutatum: vocantemque
ſe, & volentem congregare pullos ſuos:
adverto me nolentem,